Montenegro

An conueniat huic controuersiæ de peccato originali hoc tempore finem imponere, cum à Conc.º Trident.º finita non fuerit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Sunt qui negent expediri debere, quia p.º (inquiunt) Concilium Tridentinū rem hanc definire noluit, Cum igitur Concilium Œcumenicum indecisum reliquerit, non uidetur ad decisionem facilè ueniendum. Nec enim uerisimile est sine grauissima causa Concilij Patres supersedere definitionem uoluisse siue igitur censuerunt rem hanc definiri non posse, temerarium uidetur tanti Concilij iudicio se se opponere, siue id minus necessarium, aut utile Ecclesiæ futurum putauerunt magnum in ea quoque parte pondus est eius præiudicij.

Sed huic obiectioni Resp. satis, nam in Ecclesia hoc nouum non est, ut quæ controuersia ab uno Concilio decisa non est, ab alijs deinde Summis Pontificibus, Concilijsq. decidatur. Orta fuit inter Beatum Cyrillum, Alexandrinum, et Beatum Theodoretum in Ephesina Synodo controuersia de processione Spiritus Sancti, cum Cyrillus affirmaret, negaret autem Theodoretus, ex Filio quoque procedere. Sed hanc controuersiam Concilium Ephesinum sua authoritate non diremit, nec tamen ob eam rem consequentibus sæculis non deciderunt Summi Pontifices, et Sacra Ecclesiæ Concilia; Nam Pontifices sine Concilio generali addiderunt ad simbolum illa Verba (filioque, idque Iure ab ijs factum (ita exigentibus Ecclesiæ necessitatibus, in Florentina Synodo Ecclesia Catholica postea pronunciauit.

Actum etiam est in Concilio Florentino (ut constat ex ultima sessione impressionis Romanæ grecolatina apagina (573), de uerbis quibus conficitur Sacramentum Eucharistiæ, idq. Summus Pontifex decidi cupiebat, quod

tamen tunc temporis decisum non est; decisum autem postea, ut iam
fide dubitare nefas sit, num uerbis Domini consecratio confici[...]
De insolubilitate autem uinculi matrimonij egisse Pontificem c[...]
tali Ecclesia, constat etiam ex pagina 589. et tamen (Grecis [...]
tibus) diffinitum non fuit. Quod tamen Concilium Tridentinu[...]
definiuit postea.

Romani item Pontifices Leo X.s articulos Lutheri, Pius V.s et G[...]
Michaelis Baij, Clemens 8.s opinionem de absolutione per litter[...]
uetustiora prætereantur exempla, damnarunt, et Gregorius XIIJ
tatem Votorum Juris positiui tantum esse, matrimoniumque inualid[...]
creuit, Religiosi apostatæ uotis dumtaxat simplicibus à Sede [...]
approbatis adstricti.

Non est igitur nouum, aut inusitatum in Ecclesia res alias ab ali[...]
aut Pontificibus iustis de causis non definitas; posteriora Conc[...]
Pontifices (nouis abortis causis) definitas fuisse.

In hac uerò causa de peccato originali multo etiam facilius et c[...]
tius potest Summus Pontifex procedere ad difiniendum; cum i[...]
lici Regis nomine atque omnium Ecclesiarum Hispaniarum d[...]
tatur; Et rationes quæ retardare poterant Patres Concilij Triden[...]
finitione, cessauerunt; nam in illa perturbatione temporum, cum [...]
therana hæresis esset in initio, timeri non immeritò poterat ne[...]
ti aliqui Patroni contrariæ sententiæ, sese cum Luthero, Calui[...]
iungerent, ac Reliquum corpus Ecclesiæ turbarent. Quod quid[...]
præsentia (Rebus ita ut sunt compositis) timendum non est. A[...]
quod Conciliorum moris non est de alijs Fidei Capitibus ferre [...]
quam de ijs quorum causa sunt coacta, deinde etiam potuit differ[...]

163 145

definitionem in questione facti, ut longiori tempore res melius detegeretur ut iam in annis ferè octoginta qui ab ea sessione lapsi sunt, depræhenditur; Et rationes quibus tunc temporis definiri non oportuit, iam cessarunt, ut ex dictis constat. Mutato enim rerum statu, Judicia quoque mutari necesse est.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA